

signaturam, etiam Viue vocis Oraculo, ut pre-  
fertur, aut alias tam prefatos, ac quoscunq; alios  
Romanos Pontifices predecessores nostros,  
ac nos & Sedem predictam, quam Imperato-  
res, Reges, & alios Principes sub quacunque  
forma, & expressione verborum concessa, ac  
etiam iteratis vicibus approbata. Nec non cum  
omnibus & singulis in eis contentis clausu-  
lis, decretis, & declarationibus, singulas desu-  
per confectas literas, & in eis contenta [etiam  
prout largius in aliquibus earum eis conces-  
sum est] interpretando, & inde secuta quacum-  
que illorum omnium tenores & formas, datas  
effectus, & decreta in illis apposita ac si de ver-  
bo ad verbum insererent preteritis, per sufficientem ex-  
pressis habentes, dicta auctoritate Apostolica, te-  
nore presentium ex certa scientia, ac de Apostolice  
potestatis plenitudine approbamus, & innoua-  
mus, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, &  
firmis observari, nec non Ordinibus Fratrum Mi-  
norum regularis observantie, & S. Clare, ac Tertio  
de Penitentia nuncupato, etiam in congregatione sub  
obediencia Fratrum Minorum observantie huiusmo-  
di degentibus Superioribus, Fratribus, Moniali-  
bus, etiam Tertiariis nuncupatis Sororibus personis  
monasteriis, domibus, Ecclesiis, & locis prefatis.